The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Angelus k

cum uariis

Angelorum uocabulum nomen est officii, non nature. Nam sancti illi celestis patrie spiritus semper sunt spiritus sed semper uocati angeli nequaquam possunt. Tunc solum sunt angeli cum per eos aliqua nunciantur, unde Psalmo: Qui facit angelos suos spiritus. Hii ergo qui minima nunciant angeli, qui uero summa nunciant, archangeli uocantur. Greca enim lingua angeli nuncii, archangeli uero summi nuncii uocantur. Qui idcirco priuatis nominibus censentur ut Michael, Gabriel, Raphael, ut signetur eciam per uocabula quid in operacione ualeant.

Gregorius in omelia: Erant appropinquantes.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

uocati] vocari P V^1 V^2 L^1 L^2; Psalmo] Psalmus L^1 L^2; appropinquantes] et cetera *add.* P V^1 V^2